Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Capitulum xliij.

Altitudinis firm.
hic resumit positum
de sole ad declaracionem
magnitudinis dine dns Alti
tudinis firmamentum id est celum
sydereum comprehendens sub se or
bes planetarum quod dicitur esse al
titudinis eo quod est altius celo
aereo pulchritudo eius est ef
fective Sol in aspectu quia suo
lumine illustrat alia lumina
ria celi syderei Ideo subditur
Species celi in visione glorie id est val
de gloriosa et admirabilis Nec in
telligitur hoc de visione beata sed
de visione solis que est valde
pulchra et dicitur species celi sic si
cut nobilior et sapiencior ci
vis dicitur species et decor civita
tis Annuncians in exitu id est in
suo ortu quando exit de emispe
rio nostro Tunc enim apparent
alia luminaria celi que non appa
rebant ante propter presenciam ma
ioris luminis ipsius solis et hec
apparicio dicitur annunciacio Vas
admirabile est ipse sol quia con
tinet in se virtualiter effectus va
rios qui fiunt in elementis for
maliter Opus excelsi quia factus
est per creacionem que est opus
solius dei In meridiano exurit
terram quia tunc causat intensiorem
calorem et in conspectu ardoris
eius quis poterit sustinere A
Nam in zona torrida non po

test aliqua habitacio humana quia
sol transiret super eorum capita Ideo
subditur Fornacem custodiens
etc. Triplex sol exurens montes
scilicet citius eo quod in ortu suo percu
tit capita moncium et diucius
quia usque ad occasum et brevius
quia radius solis percuciens capita
moncium brevior est quam radius
descendens ad profunda vallium
radios igneos non formaliter sed
effective exsufflans id est emittens
et refulgens radiis suis obcecat
oculos quia non potest conspici ab
hominibus oculis irreverberatis
Et ex dictis concluditur magni
tudo divine magestatis cum dicitur
Magnus dominus etc. Excedit enim
improporcionabiliter omnem effectum
suum cum sit causa equivoca in ser
monibus eius id est ex ordinacione
dei festinavit iter id est cursum su
um nam in una die naturali circu
ivit celum Et luna Hic com
ex proprietatibus lune declaratur
magnitudo potencie divine Cum
dicitur Et luna in omnibus id est apud
omnes gentes in tempore suo id est in
suo cursu ostensio temporis tempus
enim communiter magis mutatur
secundum eius cursum Unde novi
lunium vulgariter dicitur tempus
novum et signum evi id est etatis mun
di quia iudei duracionem mundi
computant per annos lunares
ut exponunt aliqui Sed hoc
est falsum ut ostendi super Dan.
capitulo ix et ideo dicitur signum evi